

1679.

19. Mullerus, Petrus : De eo, quod iustum est circa misericordiam.

20^a et^b Mullerus, Petrus : De intersitio praediorum.
2 exempl. 1679 - 1713

21. Mullerus, Petrus : De causis bonorum. Ed. 3. 1715.

22^a, b, c, d. Mullerus, Petrus : De literis amatoriiis
4 exempl. 1705, 1713, 1717, 1735.

23^a et^b Mullerus, Petrus : De odio secundarum iniquitatum.
3 exempl. 1679, 1737 - 1747.

24. Rooth, Henric. Baetke, Facult. ius-decanus : ad
disputationem in ag. Berthold Bergneri iustitiae

25. Rooth, Henric. Balckas : De viu uovi legato.

26^a et^b Rooth, Henric. Balckas : De laudemis. 2 exempl.

27^a et^b Rooth, Henr. Baetke : De potestate dominii territorii
et relativa subditorum obligatione

28. Sagittarius, Caspar : Historia antiqua literarum aquae
Imperialis ciuitatis Norimbergae

1679.

39. Simon, Joh. Georg : *Tuta emigrandi...*
30. Simon, Joh. Georg : *De denegatione alimentorum*
31. Struvius, Georgius Adams : *De unione prolium...*
32. Struve, Georgius Adams : *De administratione rerum
ad civitates pertinentiarum.*
- 33^a = Struve, Georgius Adams : *De dolo bono & doceanti*
2 Bandt. 1679 = 1698.
34. Struvius, Georgius Adams : *De Beneficio competentiis*
35. Struve, Georgius Adams : *De litiis contestatione*

20.

1679, 22^b 6

DISSERTATIO JURIDICA
DE
LITERIS AMATORIIS,

Quam
PRÆIDDE
PETRO MÜLLERO D.
ET PROF.

ad d. Mart. 1679.


publicè ventilandam exhibet
BERNHARD Pfreßschnier/

GERA VARISCUS.

EDITIO QVINTA.

J E N Æ,
TYPIS GOLLNERIANIS, ANNO 1713.

48





CUM DEO!
SINE PROQEMIO.
THESIS I.



Iteras (quarum inventores primos di-
cunt Phoenices, Isidor. lib. 1. c. 3. de riventur
originib. unde Lucanus : *littera.*
Phoenices primi, fama si creditur, ausi
Mansuram rudibus vocem signare si-
guris)

nonnulli derivant à *lino*, quia quod scribitur, leviter
chartæ illinitur, h. e. inducitur. Alii à *lituris*, quod
in ceratis tabulis scribere, ac postea delere antiqui sue-
rint soliti, uti nostris moribus litera chartis illiniuntur,
unde facilis negotio iterum deleri possunt, Melancht. in
Orthogr. cap. 1. Alii à *lineaturis*, quasi exemptis ex pri-
scæ nominis origine aliquot elementis, quum primum
dictæ essent lineaturæ, literæ postmodum factæ sint,
Becman. de orig. lat. ling. p. m. 626. Alii vocant literas,
quasi *legiteras*, quod iterentur legendo, Priscian. in
Vestib. lib. 1. vel quod legenti quasi iter præbeant.

THES. II. Apud Latinos literæ propriè signifi- *Quid si-*
cant elementa, die Buchstaben dicta, & eatenus di- *gnoscunt,*
singvuntur à notis aut signis græcis *enūmā* dictis, qui-
bus

bus olim acta publica conscribebantur, uti patet ex l. 33.
§. 1. ff. ex quib. caus. maj. vig. quinq. annis l. 40. pr. de mil-
testament. l. 15. C. cod. l. 11. §. 3. ff. de insit. act. notæ enim
non sunt literæ l. 6. §. ult. de bon. poss. ibique Gothofr. in
Sumun- not. lit. R. nec aliud quid erant notæ, quam compendia
tur vel quædam dictiōnum præter occultanda animi sensa, et
genera- iam ob scribendi celeritatem excogitata, vid. Salmuth.
liser. ad Panciroll. tom. 2. rer. memorab. & sumuntur vel ge-
neraliter pro quacunque scriptura seu omni instrumen-
to vel documento, l. 65. de procurat. Item pro pactis,
vulgò Verschreibung/ uti in l. 56. ff mandat. Calvin.
in lexic. jurid. sub voc. literæ. Apud J Ctos literas scire ni-
hil aliud denotat, quam scribere & legere nosse l. 10. &
ult. C. de testam. §. 9. Insit. de excus. tut. vel accipiuntur
specialiter pro epistolis & missivis, uti hodie vocant,
quas colloquia absentium non incommode dixeris cum
Aym. Cravetta in repetit. rubric. de legat. i. n. 121. quo-
niam per literas loquimur cum absente, Cicero lib. 7.
vel spe-
cialiter. ad Attic. Epist. 19. & qui scribit, loqui videtur l. 21. §. 1.
verb. sua voce vel literis, ff. qui testamenta facer. poss.
Nov. 44. in pref. ibi: que charta loquebatur, ut proinde
literæ, tanquam optimum & congruum instrumentum,
non solum voluntatem sribentis exprimant, juxta O.
vid. lib. 3. Trist. eclog. 7.
Litera sermonis fida ministra mei.
Sed promissionem quoque contineant, inducantque
validam ac efficacem obligationem l. 26. §. 2. ff. de posit.
l. 24. ff. de constit. pecun. l. 2. ff. de obl. & act. Mascard. de
Aria probat. conclus. 627. n. 46.
dantur THEs. III. Varia autem literarum sunt gene-
litera- ra. Dantur literæ Aggratiandi, Begnadigungs-
Brieffe/ Cambiales Wechsel-Brieffe / Mortoriae
Unstads-Brieffe / Citoriae Ladungs-Brieffe /
Mutuk

Mutui compassus Compas-Schreiben / Reversales
Revers oder Gegen - Gefütniß / Divortionis
Scheide-Briefe / Credentiales, Credenz oder Treu-
Briefe / Supplices Anruffe oder demuthiges Bitt-
Schreiben / Eucharistica Danck-Briefe / Danck-
Schreiben / quas omnes prosequi nec tempus nec in-
stituti ratio permittit. Nobis jam animus est de una
tantum specie, de literis scilicet *amatoriis*, *LiebesBüh-*
len oder *Jungfer-Briefen* / aliquid proferre.

THES. IV. *Amatorie* inde dicuntur, quod spirent *Quare*
amatorem, h. e. occultum quendam ignem Virgil. 1. *vocen-*
Eneid. vers. 693. seu flammam, *Idem 4. Eneid. v. 66. Vo-*
tur amar-
caturque iste amor, (qui est motio appetitus, per quem *toria?*
animus unitur illi, quod ipsi pulchrum videtur,) apud
Virgil. 4. *Eneid. vers. 2. Vulnus ibid. v. 3. ac Venus, imò*
Furor. vers. 90. ibi: ardet amans Dido traxitque per offa
furorem.

THES. V. Quemadmodum vero amor est affe- *Amor &*
ctus in se neque bonus, neque malus; ita pro ratio- *lius est*
ne demum adhaerentis qualitatis, boni scil. vel mali a- *bonesius*
licujus moralis, in virtutem vel in vitia abit. Hinc *alias la-*
alius est *bonesius*, alias *lascivus*. Ne erreremus, inquit *scivus.*
Guazzius de civili conversatione differt. 4. edit. Reisner.
sciamus, duas esse Veneres, alteram in coelo, alteram in
terra. Hec *lascivi*, illa *bonesii* amoris mater est. Lascivus
amor nihil aliud est, quam passio quadam animum
excavans, ingenium à via recta flectens, tumidum-
que reddens, imò planè privans memoriam, terrenas fa-
cultates dissipans; Res absque ratione, absque ordine
absque firmitate ulla; vitium mentis non sanæ: & de-
nique libertatis humanæ interius. Breviter: Prin-
cipium ipsius pavor est; Medium peccatum; Finis

dolor & agor. Amor *bones* bonorum & laudabilium affectum causa est. Hic reddit homines affabiles, patientes, magnanimos & rusticitate exuit, familiariter ad societatem reducit, in labore, timore, desiderio, sermone optimus gubernatur; denique humanæ vitae perfectissimum ornamentum; unde Poëta amorem ita introduxit loquentem:

*Quidquid habet rurum, per egrinum & nobile; id
omne*

Ame, ne dubites, pariter provenit & ipsa.

Gvazz. d. l.

Tales a- THES. VI. Tales amores sibi invicem variis in-
mores dicare solent modis viisque amantes, modò verbis, o-
indicari re prolatis, quando forsan

solente Speluncam Dido, Dux & Trojanus candem
verbis deveniunt; modò literis melle & benevolentia stil-
prolatis lantibus (*tacebimus, chartam sapientis multo preterficiorem*
effe, quam ea, que scribuntur) præsentim ubi res nostris
temporibus eô devenit, ut non modò masculi juve-

Fœmine nes scripta pervolant amatoria, atque ex iis elegan-
libros a- tiorum sermonum nestant formulas, sed & pupæ illæ
matori- delicatulæ comitulæ & politulæ decus arbitrentur fa-
re sve- bulas amadisi, & silvas illas amatorias (*Die Schäfferey-
os volver* *em*) aliave hujus farinae scripta nocturnâ versare ma-

scunt. ignorare, vel negligere videant ista Diana, eam
potius merum rus sapere illico judicent; cum tamen
elegantiis istis potius evadere videantur in Venerem
procliviores, ductuque scriptio[n]is per fretum char-
taceum ad amatos liberè expatientur: uti fert senten-
tia M. Antonii Mureti lib. 8. var. lect. cap. 21. di-
centis: Mulieres eruditas plerumque esse libidino-

fas

fas, vel uno Sappho teste, neque mirum hoc esse, quia
multas legunt historias peccare, ut Flaccus ait, docen-
tes. Quem tamen refutat Lelius Bistiola tom. 1. lib. 13.
c. 23. fol. 1012. Neque nos indiscriminatum omnem li-
teraturam improbamus in foeminis, eas potius admit- *Quid de*
timus literas, quæ ad probas mores informandos con-*famina-*
ducunt; præsertim si foeminæ sint opulentæ, ut ratio*rum eru-*
svadeat, in literis potius quam aliis in rebus otium*ditione*
consumi, quia nullum otium honestius, svavius, inno-*sentien-*
centius, homine dignius, quam literarium. Neque ubi-*dum?*
que verum est, eruditas mulieres lascivas esse, quod
ipse asserit Ludovic. Vives lib. de offic. marit. cap. 4. de
disciplin. foemin. p. 87. inquiens: *usu venit, & comperi,*
malas omnes rudes ac ignoras prorsum esse literarum:
doctas vero probas & laudis & decoris amantisimas, nec
ullam memini vidisse me impudicam doctam. Annon quid-
vis facilius hebeti & imperite calidus & callidus amator
persuadet, quam ingenio atque eruditione septa atque
munita?

THES. VII. Quidquid horum sit, nostra com- *Quor-*
mentatio circa flosculos epistolarum delicatores in sumpta
præsenti non occupabitur, de iis videantur alii; ne-*sens di-*
que tractabit familiarium amicorum literas, sed eò *scurfus*
tendet, ut constet, quatenus literæ amatoriaæ à mare *tendat?*
ad foeminam vel vice versa dataë vim & efficaciam ha-
beant inducendi promissionem matrimonii eamque
probandi; vel quando lascivius detegitur amor, &
patefit, quæ ratione præsumi posse commissum esse
stuprum vel adulterium. In eo, inquit Zasius *inter-*
var. matrimonial. tom. 2. consil. 10. n. 8. amoris gener-
mas foeminam non potest insequi, nisi aut inhone-
stè ad impudicitiam, aut honestè ad matrimonialem
de

desponsationem. Ut proinde literæ amatoriae nobis nihil aliud sint, quam scriptura, quæ promissio matrimonii inter personas ad contrahendum bables facta praetendi vel induci ac probari, vel in casu stupri vel adulterii commissæ mala opinio vel etiam presumptio fieri possit contra scribentem.

Et Spon-

Salia &

Matri-

monium

per lite-

ras con-

trabi &

probari

possunt.

THES. IIX. Quemadmodum vero aliae res, & quidem omnes, qua consensu perficiuntur, ritè per literas celebrari possunt §. unic. Instit. de oblig. ex consensu l. 2, §. 2. ff. de oblig. &c. act. Ita certum est per literas quoque seu epistolas sponsalia & matrimonium & contrahi & probari l. fin. ff. de sponsal. ibi: in sponsalibus constitutis parvi refert, per se & coram, an per internuncium, vel per epistolam factum est, l. 5. ff. de ritu nupt. cap. fin. de procurat. in 6. e ex parte 14. de conversat. conjugat. ubi Glossa super verb. internunciis. c. honorantur 13. caus. 32. q. 1. 1. Covarruv. var. resol. tom. 1. de matrim. pars. 2. cap. 4. Abbas in c. accedens 24. ad fin. de præbend. Cardin. Tusclus lib. 6. conclus. pract. 985. n. 2. Carol. Ruin. vol. 1. consil. 6. n. 7. Paris. vol. 4. c. 55. in init. Anton. Quetta inter consil. matrimon. Germanor. Nicol. Buckeri tom. 2. consil. 13. n. 2. Coras. lib. 3. miscellan. c. 4. Darique ejusmodi literas amatoriae non minus sacris, quam prophanis exemplis probatur. Sic apud veteres usitata fuisse ostendit historia Macabeorum lib. 1. c. 10. ubi Alexander Ptolomei filiam in uxorem petuit in patriam terram reversus imperioque potitus, Majorumque suorum solium occupans. Similiter matrimonium inter Cæsarem Maximilianum & Caroli Ducis Burgundie filiam per epistolam contractum fuit. Filiam enim Caroli iussu Parentis epistolam suâ manu conscripsit: se obsequio Parentis con-

*Exem-
pla.*

conjugium spondere atque promittere velle', seque
matrimonium initiarum consumere paratissimam es-
se omni ratione ac modo, quemadmodum Patri pla-
ceret. Quam epistolam Patri Maximilianus misit Pa-
ter ipsius filia manu scriptam una cum annulo, cui
gemma adamas erat inclusus, Cominæus c. 57. & 116.
& 117. Apud Everh. consil. 178. extat de pueilla, quæ
adolescenti conjugium promisit in literis sic formatis:
Nolo ab in nubere, quam Tibi, quam promissionem san-
ctissimè confirmavit, & ut sponsus ei in amore respon-
deret, horrata est.

THE S. IX. In primis vero considerandæ sunt *Confide-*
Personæ scribentes ejusmodi literas, & perpendendum, *rando*
num in eo statu ac conditione sint, quod validè & sunt
cum affectu contrahendi epistolas mittere possint & *personæ*
acceptare promissionem matrimonii, quod non pro scriben-
hibeantur. Si enim scribentes tanquam liberi in Pa- tes ejus-
rentum adhuc sint potestate, caveat, ne ipsi his in modi lo-
sciis aut invitis talis moliantur; indecorum enim es-
set rem tam arduum lubrico aggredi consilio, æquum
vero, ut Parentibus, qui tot labores, molestias & soli- *Liberi si-*
citudines liberorum causâ sustinuerunt, hic honor ha- ne pre-
beatur, ut absq; ipsorum præscitu sponsalia neu fiant, scitu ac
in primis cum saluberrima pro liberis capiant consi- *consensu*
lia, iisque rectè prospicere soleant, ob singularem il- *Parent-*
lam, quæ ipso prosequuntur, affectionem c. 3. l. 3. §. tum ta-
z. ff. de administr. & peric. tutor. l. 67. derit. uupt. Che- les lite-
mnitus part. 2. exam. concil. Trident. sub fin tit. de ras cune
clandesti in uatram. fol. 269. Piè sanè juvenis ille a effectu
pud. Poëtam ait: Non ducam, si vel Veneri formo- mittere
fior, vel Pallade sapientior existat, nisi Pater meus con- neque-
sentiat. Illud vult jubetque jus divinum Exod. 43. unc.

B

verso

vers. 16. Non accipies uxorem filiis de filiabus, eam
rum, *Deut. 7. v. 3.* date filiis vestris uxores, & filias vestras
date viris *Eccles. 7. vers. 27.* Sic Agar accepit filio suo
Ismaeli uxorem de terra *Ægypti Gen. 21. vers. 21.* quod
B. Lutherus singulariter notari jubet, quod Ismael

erat homo ferus & agrestis, nec tamen recusavit

Q. simae de consilio matris uxorem ducere. *Q. si matrimonii*
trivonionum sit promissum absque *matris* consensu? Evidem
um sit de jure civili inspecta patria potestate, que in matre
promis- deficit, consensus maternus ad nuptias liberorum non
sum abs- requiritur *Ludvvel. exere. Inst. 2. thes. 6. lit. c.* Ast mo-
que con- ribus nostris materni consensus ratio habenda est,
sensu præsertim patre mortuo *l. 20. C. de nupt.* quippe ho-
matris. nos iste omnino tribuendus matri propter partus &
educationis molestias, quas sustinuit, unde Tobias
filium suum sedulo exhortatur, ne despiceret ma-
trem: *bonora eam, inquit, omnibus diebus vita tua,*
neque contristeris ea.

Si juve- *THES. X. Quid?* Si juvenis puer, vel hæc vice
nis puel versa illi promiserint invicem in literis matrimonii
la vice um additis execrationibus: *Nisi te in uxorem duxero,*
versami- *Diabolus me abripiat.* Num obligetur? Has & si
serit li- miles non obligare promissorem, si neglecto paren-
teras, tum consensu juraverit juvenis, attestato *VVaremund*
additis ab *Ehrenberg l. de fœderib. lib. 2. pag. 92.* Sicque in
execra- judicio Appellationis Dresdenis pronunciatum fu-
tionibus. se scribit *ibid.* Idem est, si per animam juraverit,
ita censente *Asinio de exec. §. 1. c. 16.* Bald. *inc. et s. 7.*
de jurejur. neque etiam si per Deum juraverit; ob-
stringuntur, cum non omnia promissa sint solvenda
cap. 8. cauf. 22. qu. 4. aut quodlibet juramentum ser-
vandum. Namque juxta sanctiones legitimas pa-
ctum

etum turpe vel rei turpis aut impossibilis de jure nullam obligationem inducit, cap. ult. X. de pat. in 6. Et Socin. in reg. 206. Et cum jura praeceps velint Parentum consensum adhibendum esse, uti thesi praecedente dictum, constat, Javenem eo casu planè contra jura spondidisse, atque se ad rem impossibilem obligasse; qualis obligatio vitiat & annullat contractum l. impossibil. ff. de Verb. Oblig. atque excusat ab excommunicatione gloss. in c. quest. de appellat. immo tolerabilius est, juramentum non implere, quam facere, quod turpe sit, decap. 8. caus. 12. qu. 4. Castiganda tamen est scribentium levitas ad exemplum aliorum, quod tam temerè ac illicite juraverint, seu potius execrationes fecerint, ut post Beustium statuit Daniel Moller semestr. lib. 1. c. 47. nempe ut Adolescens propter hujusmodi temerarium juramentum à Magistratu arbitrari punitatur, D. Praeses in hypomnem. de annulo pronubo ib. 17.

THE S. XI. Aliud dicendum est, si Parentes liberis, ut scribant, permittant, immo legant literas amatorias scriptas ad amantes, quibus ejusmodi promissiones matrimoniales fiunt, neque contradicant; eo casu patientia cum scientia habetur pro consensu l. i. §. 5. ubi Gloss. in verb. impossibilis ff. de tribut. actione l. 4. §. item qui in fin. ff. de prececar. Nata lib. 2. consil. 274. permit qui enim tacet, consentire videtur, cap. qui tacet 43. X. de Reg. Jur. in 6. Et si semel consenserint Parentes liberis, consensus est irrevocabilis. Tiraquell. de legant? lib. connubial. gloss. 5. num. 91. illi enim, qui consensum suum ad actum aliquem praestitit, regulariter non permittitur poenitere, vel consensum suum revocare l. ii. de servit. prad. rustic. l. ult. ff. commun.

Q. Si
Parentes
liberis, ut
bi scri-
bant li-
teras a-
matorias
permitt-
tant, immo
legant?

predior. Tiraquell. d. l. gloss. 8. quest. 14. num. 125.

Furiosus THE S. XII. Præterea scribens literas amatorias
literas debet esse sanæ mentis. In *furoso* enim & amente ni-
amato- mis & peregrinus calor spiritus animales inflamat &
rias ne- circumagit, ut iis mens uti nesciat, unde ex ejusmodi
quis scrip- inexitudine nec intellectum habere putatur, Ma-
bere. gnif. D. Schilter *philosoph. jur. c. 5. §. 2.* ac proinde pro
ignorante ac pro invito habetur, quia voluntate caret

54. ff. de rit. nupt. §. 5. l. 2. §. 2. ff. solut. matrim. l. 4.

An amo- ff. de divorc. l. 14. locat. Q. Num amore nimio incitatus
re nimio equiparandus sit furioso? Affirm. Quoniam amor ju-
incita- dicium subvertit, Boer. decis. 23. Nihil enim furore a-
sus equi- moris vehementius Nov. 74. c. 4. & tales amantes se-
paretur pius jactantiam ostendunt, ac vesanas faciunt promis-
furioso? fiones, de quibus rectè Minus; Et amare & sapere vix

3. Uffici. Deo conceditur. Hinc amantes nescire dicuntur quid
agent, insanire & amantes esse dicuntur quid agent, in-
sanire & amantes esse dicuntur, juxta Petr. Theoderic.
cap. 10. apb. 4. lit. b. Quod verum esse putamus, si quis
quid præter rationem stipuletur aut promittat Manz.
ad Instit. de inutilib. stipul. §. 8. n. 6. ut verè dixerit Pro-
pertius: *sine sensu vivere amantes.* & Seneca in Hippol.
quod ratio poscit, vincit ac regnat furor, h. e. insanus
amor.

Pectus in sanum vapor

Amorque torret, intimat, sevas vorat
Penitus medullas, atque per venas meat
Visceribus ignis mersus, & venis latens
Ut agilis alas flammas percurrit tabes.

Imò

Nulla vis flammae, tumidique venti
Tanta, nec teli metuenda torti,
Quanta cum conjux viduata radis
Ardet & odit.

Se

Exort 6

Senec. in Med. Choro. Act. 3. & puellam quandam vi
amoris mortuam recenset Schenck. obseruat. medic.
lib. 1. pag. 157. verb. Mania. Sic etiam ab ipsis Medicis
inter furoris species refertur Amor teste P. Zach quest.
med. legal. lib. 2. t. 1. qu. 16. hunc enim quandoque cau-
fare furorem præter experientiam testantur Boër. dict.
decis. 23. n. 75. Bentazol. cons. 228. Cothman. consil. vol.
1. resp. 15. n. 14. Chaffanae in consuetudin. Burgund. n. 13.
Gail. I. obseru. 110. n. 23. Wurmser. in nucl. controvers.
lib. 1. controv. 34. ac pluribus, quod non videatur li-
berrima voluntate consentire ille, qui amore captus
usum rationis & sensum amisit, tradit Paul Cypræus
de sponsal. c. 13. §. 63. & 64. per tot. Ni tamen clara ad-
sist indicia ac firma habeantur argumenta, ea que judi-
ciis peritorum in arte medicorum suffulciantur, non
præsumitur quis tanto amore illaqueatus, quia men-
tis integritas est qualitas naturaliter cuivis inhærens;
furor autem qualitas accidentaliter superveniens,
qualia incerta ac dubia sunt, ac propterea probanda;
Mascard. de probat. concl. 825. naturaliter enim semper
adesse præsumuntur D. Hahn. ad Wesenb. de probat.
num. 15. alioquin prætextu furoris quilibet sponsalia
vocare in dubium atque infringere posset quasi a-
more captus, victus & insanus quid promiserit vel
scriperit.

THESS. XIII. Si quis nimia ira commotus (quod
fieri potest n. gr. inter fratres litigio orto, si unus
sibi persaserit, reliquos suam optare mortem, ut
propterea animum applicuerit ad matrimonium con-
trahendum) in ipso fervore mitteret literas ad virgi-
nem, inque iis offerret idem conditionem nubendi, se obli-
quo virgo acceptaret, postmodum verò poeniteret
Nimia 183
ira com.
motus si
quis scri-
bat nunc
se obli-
get.

scribentem facti, num literæ istæ sunt obligatoria? Si immoda ita posset probari, dicendum videtur, literas ejusmodi non magis obligare scribentem, quām furiosum arg. l. 148. d. R. I. l. 2. C. ad L. Jul. Maj. Colleg. Argentor. de testim. n. 6. Perez. in C. de sentent. pass. n. pen. secundum illud Virgilii:

furor iraque mentem

Precipitant.

Et nulla pesta humano generi plus nocuit, quām ira,
Seneca.

Ebrius se
mittat
literas
amato-
rias; Di-
stingo.

THES. XIV. Ebrius si mittat literas amatorias Distingo, erit: Num tanta fuerit ebrietate, ut neque mens, neque pes, neque caput suum recte facere quiverint officium; tunc quicquid scriperit ac promisebit, nihil valebit, hic enim furioso comparatur, Borchol. de pac. c. 13. n. 14. arg. l. 6. §. 7. ff. de re militar. & voluntaria insania dicitur Seneca, & solo tempore à furore distat, Perez. ad C. de injur. num. 3. Zach. qu. med. legal. lib. 2. tit. 1. qu. 11. Wurmser. lib. 4. contron. 2. & perjurus non habetur ebrius ac benè potus, quando id non servat, quod juravit, cap. 22. quest. 4. Sin autem profunda non adfuerit ebrietas, & solito plus adhibuerit, ut tamen ratione non fuerit destitutus, non minus ad literas amatorias concipiendas, quām ad ipsa sponsalia contrahenda habilis aptusque erit. Juxta Minum enim: amor & vinum in ea sunt potestate antequam bibas: postquam biberis, tu es illorum possessionis & mancipii. Siquidem accidit haud raro, ut nonnulli, ubi vino & Zytho paulò incaluerint, candiore animo res suas agant, quām si planè essent sobrii. Sanè Persæ benè poti de rebus maximis & seriis consultare conservaverunt, Herodot. lib. 1. Non au-

autem sufficit dicere: se ita temulentem fuisse tan-
taque cætitate laborasse, ut postridie nihil earum re-
rum, quæ pridie acta essent, recordaretur. Sæpius simè
enim ejusmodi nauci homines exemplum Magistri
amoris imitantur dicens in epistolâ, quam Paris He-
lena misit:

Ebrietas ut vera nocet, sic ficta juvabit.

Factitibus pleso subdola lingua solo.

Et quicquid dices facies ve proterius equo,

Credatur nimium causa fuisse merum.

Ergo Testibus id probandum esse existimat Cypræus,
qui ei adfuerunt, cum sese quis vino injurgitaret; ubi
verba, quæ ebrietatem allegans protulit, sunt ponde-
randa, & uti alias sermo ejusdem, gestu aliquæ a-
ctus, gesticulationes, ingressus, probè considerandi;
sic ex literarum formatione, (si solito deformiores,
ac præter morem scribentis conceptæ sint) quanta
fuerit ebrietas, colligere licet. Sin evenerit, (quod
haud raro fieri solet) neminem, cum conciperet li-
teras, secum habuisse, vel scripturam à solitò minus
deflectere, pro circumstantiis arbitrio judicis deter-
minandis juramentum injungi potest scribenti; quo
se purget, ipsum eo tempore cum scriberet, tantâ
fuisse ebrietate, quod non intellexerit, quid egerit
aut scriperit.

THES. XV. Hac de Personis scribentibus. Quod Quomo-
ad Verba, quæ scribuntur, attinet, sciendum est: Ver- do verba
ba in literis scripta accipienda esse juxta propri- in literis
tatem sermonis, quam sequi decet judicem, nisi a- accipi-
liud scribentem voluisse aliunde perspicue constet l. 69, enda?
pr. ff. de leg. 3. communis loquendi usus venit at-
tendens, seu prout vulgus sequitur, vel, ut alii
volunt

volunt, secundum communem intelligentiam arg. 1.
52. §. 4. ff. de legat. l. 18. §. 3. ff. de insfr. vel instrument. legat. Socin. reg. 536. inc. verba. propriè vers. octavo, faliit. Menoch. de arbitr. Judic. quest. c. I 99. n. II. Schmid. consl. Argentor. 18. n. 15. vol. I. & quidem verba veniunt intelligenda secundum communem usum loquendi ejus linguae, in quā proferuntur, cūm aliam vim & potestatem habeant vocabula & dictiones in Latina, aliam in vernacula, aliam in Gallica &c. lingua, Ernst Cothmann. respons. 50. n. 56. vol. 3, communisque potius usus loquendi, quam propria juris significatio attendenda est, Scheffer. 3. qu. 10. n. 10.

Mea es: THES. XVI. Q? Si quis amanter scriperit: Mea quidam es, Du bist mein/ aut, Du sollst mein seyn/ an presu portes? matur matrimonium esse promissum? Evidem eo casu sponsalia contracta censeri nonnulli autumant, vid. Cypr. de sponsal. cap. 4. §. 12. num. 5. In nostris tamen regionibus tritum illud, *Du bist mein* / singularem duntaxat aliquam animi affectionem in alium, vel erga aliam denotat; valde enim generalia sunt verba ista, nec tantum ad Conjugium, sed ad alia referri possunt Cypr. d. 4. c. 4. l. 5. & ideo potius nudè ac simpliciter, non de vinculo matrimonii accipienda sunt, juxta regulam, quod, quando unum verbum generale est, ut possit referri ad actum solennem & simplicem, intelligendum sit de actu nudo ac simplici l. 19. §. 2. ff. de edil. edit. Nisi præcesserunt vel subsecuta sunt alia verba mutuum consensum exprimentia, tunc licet ad matrimonium inferre, ut notabiliter consuluit Calcaneus cons. 8. incipit, coram Rever. in 3. col. cum verba præcedentia accipient interpretationem ex consequentibus, per l. fin.

l. fin. de bered. inslit. ibique Bald. & l. 23. vers. & verbum
ibi; Bartol. ff. de bered. petit. Iason. in repetit. l. 31. n. 28.
ff. de jurejur. & in autent. si quis in aliquo n. 10. C. d. e-
dend. Si epistola hæc continet verba: accipiam Te con-
tra omnium sententiam: Ich will euch haben u. neh- //
men / die Leute mögen reden/ was sie wollen / hæc
sanè promissioni sponsaliorum congruunt, neq; inter-
est, quamvis tempus non præsens, sed futurum respici-
ant, quippe secundum cap. ex parte 9. de sponsal. execu-
tiva futurum tempus respicientia de præsentisponsalia
constituere possunt, & ita B. Lutherus sentit: Es ist ein
lächerlicher Poß / als solten verba de futuro : Acci- //
piam Te, ich will dich haben/nicht binden. Nam idem
est promitto me te habiturum pro uxore, ac si scribam:
accipiam, seu accipio Te, Ich nehme dich.

THES. XVII. Litera continentis verba: Du bist Du bist
mein herzallerliebstes und eigenes Herz auf dieser mein
Welt/ vel, Ich will dich nicht verlassen/ num promis- herzal-
sum inducant matrimonium? Resp. Verbis ipsis non ali- lerlieb-
ter inesse vim contrahendi sponsalia vel matrimonium, auf dieser
quam si de consensu constet Beust. de jurejurand. tit. 8. Welt/
part. 1. Hinc si tractatus sponsaliorum præcesserit, & quomo-
talia verba in scriptis sint secuta, matrimonium con- do acci-
tractum censebitur. Quibus de casibus intelligendus pienda?
est Cypraus tractat. de sponsalib. cap. 4. §. 12. n. 13. qui ad-
jicit verbum Nimmermehr / quod idem est, quod
nunquam, vel perpetuò, vel in omne tempus, & si con-
stet de consensu utriusque partis reciproco, cuiusmo-
di-exemplum addit ex Euripide in Oreste interrogante
Piladem: Non deseres unquam sororem meam? & Pi-
lade respondent: Sororis tuae conjugiū nunquam de-
seram, matrimonium indubitato contractū censebitur.

C

THES.

Es soll
uns nie/
mand
scheiden
denn der
Tod.

THES. XIX. Ejusdem valoris verba sunt: Es soll
uns niemand scheiden denn der Tod. Ut apud Te-
rentium Pamphilus promisit se nunquam desertum
Glycerium.

Per omnes Tibi adjuro Deos, nunquam me eam
deserturum,

Non, nisi capiundos mihi sciam inimicos omnes
homines:

Hanc mihi expetivi, contigit: conveniunt niores:

Valeant, qui inter nos disfidium volunt,

Hanc nisi mors mihi admet nemo.

Sic verba: Wir seyn ein Leib und zwey Seelen/ non
planè sunt nullius momenti, si enim ab utraque parte
unanimi consensu verba ejusmodi acceptentur, de quo
requisito infra, constantem amorem inde licebit ar-
guere.

Ich soll
ge/ uns
möge
niemand
scheiden/
denn
Gott.

THES. XIX. Dubium verò circa hæc verba putat esse
Cypræus d. 1. c. 4. §. 12. n. 15, Ich forge / uns möge
niemand scheiden/denn Gott. ut & circa hæc: Si vo-
lo ducere uxorem, Te ducere volo: Wenn ich he-
rathen sollte / wolte ich keine andere nehmen/ denn
Euch. Nullus hic declaratur consensus, qui tamen
omnino necessarius est. Nec contractus ex alterius
contrahentium voluntate dependere debet, sed utrius-
que consensum desiderat, sub hac conditione: si volam
ff. d. oblig. Et aët. Si verba ad amasiam scripta: Despono
debo me, Tibi, si temet bene gesseris, nihilque me inscio tra-
ctaveris, nihil certi constituant; Siquidem aliud est se-
sc obligare, aliud promittere obligationem futuram:
Tu mibi sola places: magis jocandi & applaudendi ani-
mo quis scripsisse præsumitur.

THES. XX, Circa hæc & alia verba qualia etiam
sint,

sint, non nude, prout scripta jacent, sed mentes scriben- Mentes
tium potius sint attendenda; Si enim nec sponsaliorum scriben-
ab iis mentio fuit facta, tantum abest, ut promissio tium
matrimonii queat induci, quin saltem tractatus argu- sunt at-
antur. Aliud verò est contractus, aliud promissio de tendens-
contrahendo, & aliud veritas, aliud jocus. Neque sūf da. //

ficit figura verborum sine consensu naturali l.38. de ob-
lig. & action. Baldus vol. 1. consil. 27. nec promittit sta-
tim qui dixit, promitto, si jocandi causa dixit, nec agi
potest cum eo ex sponsu, Varr. 5. de ling. & qui jocose
agit, nihil serii præstat l.3. §.3. ff. d. injur. l.3. ff. d. servo
corrupt. Nicol. Rucker inter consil. matrimon. varior. tom.
2. consil. 34. num. 14. cum jocosa verba sint obscuræ, am-
bigua & incerta, quæ multipliciter intelligi possunt jux-
ta tradita Baldi in l. 17. ff. de legib. & in consil. 302. col. 2.
lib. 3. Aym. Cravett. consil. 415. n. 12. in causa verò matrimo-
nii & sponsaliorum non recipitur consensus ambiguus,
sed certus & clarus exigitur Cothm. resp. 86. n. 7. Carp-
zov. Jurisprud. Consistorial. lib. 2. def. 19.

THESS. XXI. Sequitur nunc Effectus missarum li- Quis sit
terarum amatoriarum. Ubi dicendum est; per eas, si effectus
habeant formalia epistolæ, nec careant subscriptione, litera-
(cum sine hac facilimè fraus adhiberi poscit, Brede- rum a-
rod. in resol. instit. ad §. 4. de testam. ordin.) & contine- matori-
ant promissionem, induci obligationem, modò pro arum.
missio talis sit, quæ per literas ejusmodi fieri poscit,
Bartol. ad l. 24. ff. de const. pec. ibique Paul. de Castro
n. 2. & literæ istæ pervenerint ad eum, ad quem fuere
directæ, Paris. consil. 127. n. 23. antequam enim illi præ-
sentare, aut ab eo (eâye) fuere acceptatae, obligationem
contra scribentem pariant nullam, Ripa in l. 31. n. 135.
in fin. ff. de jurejur. Alciat. lib. 8. consil. 70. n. 5. per literas
accepta-

acceptatas demum dicitur facta quasi quædam copula-
tio consensus duorum simultanei Bald. in l. 2. ff. de pact.
& nunc demum inducitur obligatio. Tiber. Decian.
vol. 2. Resp. 109. n. 16. & 17. ita tamen ut acceptans sciat,
quid reverâ in literis istis contineatur Clement. 1. in vers.
scienter & Bald. in l. 1. ff. mandati. nisi enim eas aperiat
ac legat, & quidem non perfunctoriè, sed cum aliquo
temporis intervallo deliberataq; mente contra ipsum
nihil probant, Menoch. d. arbitr. judic. quasi. lib. 2.
cas. 21. n. 5.

Num ac- THES. XXII. Num autem accipiens literas amato-
piens li- rias, in quibus agitur de promissione matrimonii facta, se-
teras si non contradicat, sed taceat, eo ipso contra se faciat pre-
taceat, sumptionem, ita ut omnia in iis contenta taciturnitate sua
contra se approbasse videatur? Respond. Quamvis in prajudicia-
faciat libus taciturnitas & patientia nequeat operari consen-
presum- sum; Quoniam tamen matrimonium etiam sine ver-
bis contrahi potest, D. Praeses de annulo pronubo thes. 13.
nec de substantia matrimonii verba sunt, quod in mu-
to & surdo patescit, taciturnitas ista & patientia con-
juncta isti inducere videntur consensum & ratihabito-
nem, Berlich. part. 1. conclus. 36. n. 2. imprimis cum ul-
tra ipsam taciturnitatem interveniat actus aliquis po-
sitivus, vid. Nicol. de Passer. de Script. privat pr. 129. &
neget à seqq. quo casu arbitrium judicis non excluditur, quanta
se literas scil. ex ista taciturnitate oriatur praesumitio, add. infra
esse scri. Thes. XXV.

ptas, in- THES. XXIII. Si quis neget, se literas amatorias
situuen- contra se productas scripsisse, instituenda est à judice
da est li- literarum comparatio, h. e. alia proferuntur instrumen-
terarum ta, vel duas pluresve scripturæ & per judicem & viros
compa- peritos inter se conferuntur, ut earum similitudo vel
ratio. di-

diversitas appareat. Circa quod comparationis re-
medium est notandum, ad comparationem nunquam
deveniri, nisi reliqua probationes omnes nos destru-
ant. Brunnenm. ad l. 20. C. de fid. instrum. Ubi queritur:
Num ista comparatio plenam, an minus plenam inducat
probationem? Respond. Quoniam literarum compara-
tio fallax est, & facile possunt fallificari literæ ab ab-
sente missæ, adeo ut reperiantur quamplurimi; qui
ita aliarum manuum literas atque characteres in scri-
bendo verè imitantur, ut vix alteram ab altera etiam
peritisimus quisque recognoscere posse, Zafius lib. 1.
sing. respons. cap. 2. Ruland. de commissar. part. 2. lib. 5.
cap. 38. in pr. quemadmodum refert Trentacinquius
lib. 2. varia. refol. 7. n. 6. fuisse Roma tempore Pontifi-
catus Papa pii V. quendam, qui ita adulterare poterit
manum Summi Pontificis, in his, quæ expediri sole-
bant per Datariam, ut etiam Sanctitas sua vix recogno-
verit manum suam ab illa, nec etiam Datarius. Addit
tamen: Hoc scelus tantum fuisse detectum illumque
captum, laqueoque suspensum; addatur Joseph. Ludo-
vic. decis. Perus. 7. n. 15. aliud ejusdem imposturæ exem-
plum lege sis apud Ritterhus. d. differ. jur. civ. & Ca-
non. l. 4. c. 14. Mascal. d. probat. vol. 2. conclus. 330. Pru-
dentibus comparatio literarum meritò suspecta visa
fuit ac periculosa, immò fallax, Ruland. d. commiss. d. l. Fran-
cisc. Marcus quest. 937. part. 2. Ut proinde comparatio
ista minus plenam inducat probationem. Thesaur. lib.
2. quest. forens. c. 24. n. 20. Covarruv. pract. quest. cap. 22.
tom. 2. n. 7.

THES. XXIV. CASUS EST: Caja producente quis ne-
literas amatoria contra Titium; Hic negat istas à se gat lite-
fuisse scriptas. Alia documenta seu scripturæ, cum ras à se

C 3

Quando
qui scriptas?

ec est. quibus comparari possint literæ productæ, non extant,
suntali Q. Num judex negantem suam scripturam compellere pos-
adocu- sit ad scribendum, ut inde fiat comparatio? Resp. Licet
menta, judex in defectu ordinariarum probationum ad extre-
num ju ma recurrere non prohibeatur Nov. 73. c. 1. & ejusmo-
dex pro- di scriptura cum fiat ad requisitionem judicis, videa-
ductum tur facta apud acta, dicendum videtur, affirmativam
ad scri- esse amplectendam, vid. Menoch. Arbit. jud. quest. con-
bendum clus. 114. n. 29. Cardin. Tusch. conclus. 483. n. 4. Ast, quo-
compel- niam ob facilimam manus mutationem talis compa-
lere pos- ratio veritati parum velificatur, arbitrio judicis rem
fit? hancce remittimus, qui hanc adhibebit cautelam, ut
quod vultu ac varietate animi corporisque is, qui scri-
pturam à se factam negat, scribat, sedulò observet, Ru-
land. d. Commiss. part. 2. lib. 5. c. 39. num. 7.

Cautela
Anjura THES. XXV. Verba in literis amantium dubia po-
mento sita, quæ in utramque partem, tam pro matrimonio
locus fit? promissa, quām non promisso accipi possunt, in dubio
magis pro matrimonio sunt interpretanda, modò præ-
cesserint actus qui sponsalia inducant, alias potius pro
libertate pronunciandum esse videtur. Veritati con-
sentaneum est, quod Francisc. Vivius decis. 241. n. 19. p. 2.
& P. Emil. Verand. lib. 2. decis. 211. n. 19. dicunt, literas
amatorias non probare matrimonium contractum,
sed benè contrahendum. Quas circumstantias omnes
prudens judex ponderet necesse est, ita ut pro earum
qualitate quandoque juramentum impositione rem
determinare posit. Hinc fit, ut aliis concurrentibus
juramento uni alterive parti posit imponi hāc for-
mula: Würde Klager/dass ihm Bekl. die Ehe zugesa-
get/vermittelt ist/Endes/bestärcken/so erscheinet aus
denen Acten so viel/dass Bekl. seines Einwendens un-
ge-

geachtet / das mit Kl. getroffene Verlöbniß ge-
wöhnlichen Brauch nach mit dem Christlichen
Kirchgang zu vollziehen schuldig / sc. juramentum e-
nimi in supplementum admittitur, quando pro matri-
monio jurari vult, modò concurrent præter semiple-
nam probationem etiam præsumptiones urgentes, Hil-
liger. lib. 24. Donell. encl. c. 10. lit. y. Imò si vel una gra-
vis præsumptio pro actore in causa matrimoniali pro
contracto probando se exerat, eidem juramentum
(præsuppositiā etiam probatione semiplena) deferri pot-
est arg. c. fin. §. fin. X. de jurejur. Beust. d. sponsal. c. 42.
§. 1. §. fin. c. 43. § 44. ubi adeo etiam de adminiculanti
fama. Berlich. l. 1. conclus. 39. n. 16. juncto Mollero ad
Constit. Elect. Conf. 23. n. 16. seq. neque dubium est,
quin etiam imperfectæ probationes jungi debeant,
quando de probando matrimonio agitur Mascard. d.
probat. conclus. 1034. n. 23.

THES. XXVI. Quid? Si unà cum literis amatoriis *Si una*
mittatur annulus, an exinde possint sponsalia inter a. cum lite-
mantes probari? D. Præses in tract. de Annulo Pronubo ris ama-
toris. 26. distinguit: Aut litteras esse missas unà cum An- toriis
nullo, ea intentione verbisque ad eam conceptis, quod mittatur
velint connubium pangere; qualia verba apud Zasium ^{mala lex} annulus,
lib. 2. num. 37. extant: Ich schicke euch hiermit einen an exin-
Ring zu einem gewissen Zeichen meiner rechten und de pro-
redlichen Liebe / und damit euch u. keine andere zu bentur
meinem Eheweibe zu haben / und euch hiermit zu sponsa-
vermählen/ und zu nehmen/ eo casu virginem lite-
ras cum annulo accipiens, licet nihil responsi dede-
rit, propter taciturnitatem, qua æquiparatur consen-
sui, obligari. Aut litteras nullas nullam facere mentio-
nem affectus conjugalis, tunc quamvis annulus adsit,

ad

R. Disp.

ad probationem tamen promissi matrimonii nihil valere.

Agen- THEs. XXVII. Hactenus de literis, quæ *bone-*
dum est sum amorem præferunt & probant, vel saltēm præ-
de *laſci-* ſumionēm faciunt in puncto sponsaliorum, dixisse
no amo. ſufficiat. Seqvuntur nunc literæ, quæ *laſcivū* & *inbo-*
res. *neſtum* exponunt amorem. Ubi brevibus dicendum
erit, quatenus in eō caſu stupri vel adulterii commiſſi
vel committendi aliquid operantur.

Decla- THEs. XXIX. Consifit autem declaratio turpis
ratio amoris literis facta in eo, ut quis vel amabit ſibi que
turpis a- conciliare ſtudeat amorem illicitum, vel glorietur seu
moris in fateatur in iis rem illicitam cum altera persona exer-
quonam cuiſe. Priori caſu impudica iſta ſollicitatio nihil aliud
consifat. eſt, quām attentatio pudicitiae & contumelia seu inju-
ria ſcripto facta. Non minus enim valet quod literis,
quām quod lingvā occupatur, aut vocibus lingvā fi-
guratis ſignificatur l. 83. ff. de obl. & act. late Goeddeus
cap. conclus. 10. n. 149. & cap. 3. n. 190. cum ſeqq. conclus.
13. C. d. contrab. & committ. ſipul. Nec obſtat, quod
eiusmodi ſollicitatio videatur non fieri malo animo
& dolo, ſed ex affectione seu amore. Refp. omnino
dolum ad eſſe, cūm ſit amor perversus, illicita captans,
& nihil niſi calliditas, fallacia, machinatio ad circum-
veniendum v.g. honestam foeminam eamque re pre-
tioſiſima, pudicitia ſciil. defraudendam. Sicuti vero
injuriam infert, qui invita oſculum obtrudit, D. Struv.
Syntagma. jur. civil. exercit. 48. ibiſ. 58. qui tamen non
excufandus venit, ſi excipiatur, id ſe amoris cauſa feci-
ſe, ſed puniendus eſt tanquam injurians, uti pronuncia-
M vit Facult. Jurid. Lipsiensis teste D. Strauch. diſſert. ad
ff. 19. ib. 14. Ita quoque literas ejusmodi mittens, (qui
ſicu-

sicuti osculans ex subitaneo motu quid perpetrat; ita
hic deliberato mali sui animi sensa exponit) à poena
immunis non est. Hinc Vasallum si Domini uxorem
per literas amatoria, munuscula, vel id genus alia,
ad expugnandum pudicitiam sollicitet, feudo pri-
vandum esse tradunt DD. arg. 2. feud. 24. & 1. feud. 5.
ubi verba concubere se exercuerit ita interpretantur:
quantum in ipso ad delictum pervenire studuerit. v. g.
corrupta familia & custodibus, missis literis amatoriis
ferè penetraverit. Schenck. Baro addit. num. II. Ma-
gnif. D. Struv. in syntagm. jur. feudal. c. 5. n. 9. ibi:
concubere conatus fuerit, vel etiam ad concubitum
per literas amatoria, muscula &c. sollicitaverit. Lud-
vwell. synops. juris feudal. c. 16. Bocer. class. 4. disp. 17.
tb. 44. D. Gravius JCTus Tubingensis in dissert. d.
felonia cap. 4. tb. 21. D. Rhetius in comment. ad jus feu-
dal. comm. lib. I. tit. 5. ubi tamen audit; quod Vasal-
lus feudo non privetur, si conatus adhuc fuerit inno-
cuus vel sponte destituerit à proposito arg. 2. feud. 51.
§. si voluerit. Baro Schenck. d. I. n. 12.

THESS. XXIX. Caveant verò conjugati ne mit- *Conju-*
tant literas amatoria, in quibus vel species nimii, gati ne
quām sat est, favoris continetur, ad extraneas personas; *mittant*
Illæ enim productæ vel fortuito repertæ nil nisi rixas, *literas*
odia & suspicionem, quæ est venenum amoris conju- *amato-*
galis, concitant; Zelotypia enim seu diffidentia fidei *rias ad*
conjugalis summoperè disturbat amorem, qui effectus *extranea-*
omnium foemini sexus affectuum supremus esse tra- *as perso-*
ditur à Scalig. 3. Poët. 14. interque mulierum proprias & nas.
peculiares animi perturbationes Zelotypiam reponit
Plutarch. libr. d. tranquill. anim. D. Praes. dissert. d. fri-
guscio cap. 3. tb. 13. Et conjux familiaritatem nimiam

D

vel

Interpretatio
feud. 24. Con-
se exercuerit

vel pravia colloquia cum extraneo habita vel oscula ab
alio infixa ægrè si ferat, vitio verti nequit, multè ma-
gis non improbandum, si ejusmodi commercium li-
Num terarium sibi displicere testetur. Ubi Quæritur: **Num**
maritus maritus uxorem literas ad alium Amatorias scribentem
literas inveniens, ei alapam infligere possit; & vice versa, num
amato- uxor tali in casu mārito alapas dare possit? Quoad
rias scri priorem casum Respondetur: Circumstantias pruden-
benii u-ter esse considerandas. Ita, ut si ex simplicitate quid
xori ala- committat uxor, verbis corrigenda sit; si malitiosè id
pam in- faciat, ut sic culpa uxorū præcesserit, marito alapam
figere infligendo jure suo utens, injuriam fecisse non dicen-
posuit? **d**us est l. 13. §. 1. ff. d. *injur.* & melius est prævenire, quam
post vulneratam causam remedium quærere. Paria
quippe sunt scribere literas amatorias, vel viris extra-
neis convivari, vel extra ædes noctu manere, nisi in
hoc differant, quod hicce actus turpitudini fenestram
proprius aperiat, ille verò tanquam remotiores occa-
sionem potius anhelliare censeantur. Ob istas uxorem
alapis à marito excipi posse arg. Nov. 117. c. 8. assertit D.
Stryke *dissert. de alapa cap. 2. lib. 8.* Quoad casum po-
steriorum uxor marito alapam infligere non poterit,
cum huic subjecta sit, vid. D. Stryke cit. l. n. 19, sed alio
modo rem aggredi necesse habet.

Num li- **THES.** XXX. Ponamus, literas amatorias per-
teras venire ad uxorem, **num bas marito indicare confultum**
scriptas sit? Sanè bonus videtur esse affectus fidei sua signum
uxor dare, & mariti animum quietum ac tranquillum red-
marito dere; Effectus tamen iste malus est, Judicio Guazzi d.
indicare civil. conversat. part. 7. uxor. maritum sollicitat, eidem-
debeat? que dubitandi occasionem suppeditat, ne hunc reve-
lan-

Iando amorem, alium occultet: & quod pejus est, cum
maritum, tum amatorem in periculum conjicit. Pru-
dentius facit literas istiusmodi dilacerando vel com-
burendo. Notatu dignum est, quod scribit Borell, in
summa decis. fol. 2. tit. 23. ad fin. Scio, inquit quandoque
virum aliquem reperisse tales literas in posca mulieris,
ac illam, ut se excusaret, viro dixisse, se recepisse qui-
dem, literas indignabundo animo, & retinuisse, ut illi
manifestaret mittentis pravum animum, & in ambi-
guo sub silentio occultasse, ne ipsum virum in vindi-
cta discriminem & pericula induceret, & haec virum cre-
didisse, & subsequuta fuisse plurima homicidia, ac do-
mum ac familiarum eversiones, sed Deus scit, quan-
ta operentur parvæ mulieres. Si mulier haec immu-
nis ab adulterio erat, nec illa sollicitanti consentiret,
poterat se domi retinere, & literas flammis tradere,
& sic immunaem se præservare. Penes se itaque tot li-
teras conservasse, mittentis amore factum fuisse vide-
tur; sed tamen, ut ipsa mortem evitaret, suo amatori
mortem peperit, & sic amatori mortem peperit, & sic
amor in odium versus est.

THESS. XXXI. Q. Num literæ amatoria ad fœni- Nam h.
nam missæ adulterii vel suprisint indicium? Constat in terc a.
dicia (quæ sunt argumenta rem propositam, propria matorie
sua vi & natura probantia l. ult. C. de probat. l. 7. in fin. C. ad fœni-
ad L. Cornel. de adult.) duplia esse: Alia certa & indu-nammis-
bitata luceque clariora d. l. ult. C. d. probat. Alia ve-ſa adul-
terimilia & probabilia tantum, quæ plerumque verum terii fa-
arguunt illud, de quo quæſtio est l. 8. §. 1. C. d. quæ-ciantim-
pion. Quod literas amatoria attinet, Illæ non magis dicimus:
ac osculum, in quo major penè militare videtur præ-

Scribens

sumtio ad certa & indubitata indicia vix possunt re-
ferri. Distinguendi tamen sunt casus: Aut enim scri-
bens fatetur in iis literis stuprum vel adulterium com-
missum, dum gloriatur de facto isto in honesto, vel de-
scribit illud circumstantialiter, uti loquuntur, ita ut
ex illis delicti confessio percipiatur, & tunc, eas, (quo-
niam supra, adulteria, quae clam & occulte solent
committi Menoch. d. arbitr. jud. quest. l. 2. cap. nō. dif-
ficilis sunt probationis & ac præsumptionibus & conje-
cturis recte probari possunt) Mascard. d. probat. concl. 57.
n. 6. & 7.) facere præsumptionem copulae carnalis tra-
dunt Hostiens. c. præterea n. 5. X. d. testib. Menoch. l. 5.
d. præsumt. pref. 41. n. 39. Parisius consil. 54. n. 64. vol. 4.
Zanchar. d. questionib. & tortur. cap. 2. n. 212. Bocer. tr. d.
tortur. c. 3. n. 113. Uti enim per epistolam obligatio in-
ducta probatur, Aym. Cravetta d. antiquit. temp. §. vi-
dimus abundè, part. I n. 39. Mascard. vol. 2. d. probat. con-
clus. 626. n. 7. Sic dubitari non debet, quin eodem mo-
do per epistolam scribentis, quæ confessio adulterii per-
petrati continetur, ipsum adulterium probetur, saltem
ad effectum quæstionis, de eo, qui scripsit epistolam,
habendæ, alii conjecturis d. quibus in artic. 25. Sanct: on.
Carolin, concurrentibus Sanchez. d. matrimon. lib. 10. d.
divort. disp. 12. qu. 3. n. 48, relatis DD. hinc inde con-
trarium tenentibus, concludit, quod si scribens in lite-
ris amatoriis fateatur fornificationem, talis confessio
tanquam extrajudicialis nil faciat, nisi indicium ad
torturam. Sunt quidem JCTi, inter quos est Nicol. de
Passerib. d. privat. scriptur. lib. 3. pag. mibi 526, qui arbi-
trantur, quod si mulier proprium adulterium fateatur,
quod raro convenit, nisi impudentissima sit, contra
ipsam

ipsam consitentem adulterium plenè probetur. Nos
tamen existimemus tenorem literarum esse inspici-
endum ac decisum judicis arbitrio esse commit-
tendum, prout etiam Menoch. l. 5. presunt. 41. n. //
fin. existimat: Aut enim in literis requiritur v. gr.
vir à muliere, ut ad eam accedat, & tunc futu-
rum, non præteritum adulterium argui tradit Me-
noch. *presumtion. l. 5. pres. 41. num. 29.* in dubiis enim
semper benignior sequenda est sententia *l. 155. §. ult.*
l. 168. §. 1. ff. d. R. I. l. 20. ff. d. reb. credit. sunt tamen
& hic circumstantia ponderanda, num circa illud
tempus, quod forsan congressui definitum est, per
literas invitatus fuerit absens, & num eas personas
alii homines viderint in loco suspecto, num mani-
bus invicem sese tenentes ambulaverint, & si qua
sun' alia; qua omnia prudentis judicis arbitrio
concluimus.

H.F.S. XXXII. *Adulterio per confessionem ree* Num di-
par litaris emanata satis probato, quæritur, num di-
vorium quoad vinculum matrimonii, num quoad i thorum mensam sit concedendū? J. Fichard. *conf. 69.* in causa adulterii à Comitiſſa commissaria respondet: Ob der Ehebruch durch der brüchigen Person eigene ſchriftliche und mehrmahls gethane Commission zu rechtgnugsam/und so weit bewiesen/dafz E. Gn. als der unschuldige Theil/vonderſelbender Ehe hal- ben ledig gesprochen/und E. Gn. sich nach Christli- cher Ordnung anderweit zu bestatten vergönnet und zugelassen werden soll? Drauff antworte ich/ daz ich gänzlich dafür halte/daz durch obverſchrif- te Schriften und Mifſiven/wann dazu die Perso- nen/ |

nen/ so hievor darüber doch außerhalb Rechtens
und unbedingt/ und also nichtiger Weise / doch al-
ein umb der Sachen Berichts von Ihnen zu verneh-
men) im Stand Rechtens formlicher Weise abge-
hört/ auch dieselben auf voriger ihrer Sage bestehē
würden/ der angezogene Ehebruch gnugsam möch-
te erwiesen/ und darauf die Ehescheidung begeht/
auch erkennen werden. Denn ob wohl Sie/ Julia, ih-
rer voriger Schriftlicher Bekanntniß absäßt / und
dieselben/ als seyn Sie listiglich und durchfalsch Be-
reden/ auch wohl mit Gewalt von Ihr respectirt un-
gebracht worden/ zu vernichten unterseicht / wie
aus Ihrem Schreiben sub litera H. zu sehen/ so wür-
de doch solches Sie nicht für tragen/ dieweiln deren
Schreiben zu viel/ und unterschiedliche auff einan-
der ergangen sind/ welche in sich selber verdächtig/
und einiger Zwang daraus nicht mag vera-
wöhnet werden/ wenn denn der thätige Ehebru
nach
durch die obgedachte Zeugen befundschafft wird/
und also eins dem andern adminiculirt, so hielt ich
(wie obgemeldt) dafür/ daß es E. Gn. zu der Be-
weisung gnugsam seyn würde/ auch daß E. Gn. auf
Dieselbige die Ehescheidung wohl begehren möch-
ten. Ubi porrò deducit, quod Canonista separatio-
nem matrimonii ob adulterium permittant quoad
mensam thorumq; Consistoria tamen Augustanae Con-
fessioni addicta quoad ipsum matrimonii vinculum
separationem concedant, ita ut parti innocentis per-
mittantur secunda nuptia, prout deducit Beza in
tract. de repud. & divorciis. Ita tamen, ut mediante
judiciale cognitione fiat separatio & concedatur se-
cun-


cundum matrimonium, sic enim Philipp. Melancht.
in libr. d. Conjugio scribit: Non sunt autem facienda
divortia sine cognitione legitimorum judicium, sed persona
innocens, se vult fieri divortium, petat a judice vocari
personam, qua deliquerit.

THES. XXXIII. Et ultimo tandem, Quando Num ul-
quis misit literas amatorias; in quibus amasiam su. terori
am vocaverat mein Herzgen/ vel alio dulci verbo, probati-
& amabiliter conversatus cum ipsâ, postmodum verò one defi-
hac se imprægnatam ab ipso dicat, imò matrimoni- ciente
um ipsi fuisse promissum affirmet, hic verò factum scriben-
neget, num ulteriori probatione deficiente scribenti ju. ti jura-
ramentum purgatorium deferri possit? Affirm. Quia mentum
contra scribentem, aliis imprimis concurrentibus purga-
adminiculis, militat præsumtio; & in dubio fo- torium
mina à masculo ad concubitus illicitos persuasa deferri
præsumt. In primis si mulier aliàs honestæ vi- possit?
ta fuerit. Num autem tale stuprum blanditiis &
persuasionibus conjunctum, pro violento repu-
tandum sit. Q. ? Pro violento pugnant Decian.
tract. criminal. tom. 2. tit. d. rapt. cap. 7. lib. 8. n. 7.
& cap. 15. tit. de stupr. Menoch. d. arbitr. judic. quest.
lib. 2. cas. 288. num. 10. in fin. Tusch. pract. conclus. tom.
6. conclus. 322. num. 4. & tom. 7. conclus. 7. n. 2. Ve-
rū durior hæc videtur esse sententia, cùm eà ad-
missa in omne fermè stuprum pena mortis veniret
statuenda; vix enim datur, in quo ex parte stupa-
toris fallaces persuasions & promissiones non in-
tervenerint. Boss. tit. d. coit. damnos. & punib. num.
66. vers. sed adverte. Jure Confessoriali Brandenb.
specialiter est constitutum, illum, qui puellæ stu-
prum

4.
4.1. d. Anteis
de jure bagnan.
d. Wafineller
lfferli: de Date/
ini a marito in-
ze non praefunda
Nec jure
deburgius 20/2.

prum blandis verbis persuaserit, etiam promissio-
ne matrimonii non facta, ad ducentam superlatam te-
neri, aut extraordinariè puniri debere assentit D. Stryke
de jure blanditiar. cap. 6. tit. 54. ubi verba Ordin. Consi-
stor. tit. 62. §. 1. allegat: Wenn von der geschwäch-
ten Personen / oder ihren Eltern und Freunden
könnte ausgeführt / und dargethan werden / daß
der Beischläffer sie zu solchem Laster mit süßen
Worten / mit oder ohne Vertröstung der Ehe be-
redt / soll der Thäter die geschwächte Person zu
nehmen schuldig seyn / oder in Wegierung dessen /
Vermöge der Rechten gestraft werden. Hac de
materia literarum amatoriarum dixisse
sufficient.

T A N T U M.



Zeeck, Diss., 1679 M-Z



1317



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

DISSERTATIO JURIDICA

DE

LITERIS AMATORIIS,

Quam

PRÆIDDE

PETRO MÜLLERO D.

Et Prof.

ad d. Mart. 1679.

publicè ventilandam exhibet

BERNHARD PFEFFSCHNER/

GERA VARISCUS.

EDITIO QVINTA.

— — — — —

— — — — —

J E N Æ,

TYPIS GOLLNERIANIS, ANNO 1713.

1679, 22^b 6

48

